



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

95 De Romanorvm Pontificvm Legatis Et oratoribus, necnon comitibus,  
quos vocant, Palatinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

dubio efficeretur, q̄ dictorum monasteriorum anni fructus  
census, redditus indies augerentur; monialium personæ in  
magnum vscq̄ excrecerent numerum; et sic multo melius,  
vberius, vtilius, q̄ si ipsarum pecunia, vel Romam, vel in  
alium quempiam locum indecentem conferatur, sustentari  
possent.

DE ROMANORVM PONTIFICVM LEGATIS ET  
oratoribus, necnon comitibus, quos vocant, Palatinis.

95 Accidit etiam aliquando, q̄ legati & oratores Romani, cū  
Papalibus, vt vocant facultatibus, in Germaniam mittan-  
tur, qui talium facultatum vigore & prætextu, liberos vul-  
go conceptos, naturales, Bastardos, spurios, damnato ex coi-  
tu prognatos, aliosq; , qui contra Christi instituta, legumq;  
sanctiones in mundum editi atq; expositi sunt, legitimos  
efficere, & ad quoscunq; actus legitimos, idoneos reddere:  
ad successiones item cum legitimis & naturalibus liberis  
habiles facere & admittere; omnium deniq; statuum ac die-  
gnitatum capacitatem tribuere conantur. Cuius tamen rei,  
in Romani imperij territorio, nullam omnino habent potes-  
statem. Nec parum inde litium, iurgiorum, errorum, cons-  
trouersiarum, offendiculorumq; , in sacro sancto Romano Im-  
perio oritur, q̄ ex non concessio coitu concepti, cum legitime  
editis ad parem admitti debent successionem. Quam rem  
vt nimium Germanis molestam, Imperij ordines tolli, amo-  
ueri, penitusq; aboleri, summopere petunt.

96 Pari præterea modo a Romana sede iam dictis legatis,  
vicecomites palatini sufficiuntur, simili potestate legitimandi,  
ad successionem admittendi, & omnia ad instar legatorū,  
quorum iam ante mentio facta est, efficiendi, nec non nota-  
rios creandi. Qui tamen vicecomites adeo sunt inidonei,  
adeo inhabiles, adeo literarum ignari, adeo deniq; rerum in-  
expertes, vt minimum etiam quod ad notariatus artem per-  
tineat, ignorant. Vnde non immerito subsequitur, q̄ mul-  
to ineptio-